



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.22. Rex Lusitaniæ officii sui commonetur a Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcu'. XIII.

A. C. 1273.

Rayn. n. 1.

Paucis post diebus Papa omnes Archiepiscopos epistolam circummisit, in qua concilii generalis locum denominat dicitque, suæ dignitati convenientius sibi & Cardinalibus commodius fore si Romæ illud celebraretur. Sed quoniam potissimum de auxilio terræ sacræ ferendo ageretur, Principibusque ac Præsulibus, qui plurimum eo contribuere possent, facilius trans montes convenirent, se Lugdunum elegisse. Dabat 13 Apr. Etiam Reges ac Principes Christianos inter alios Alphonsum Castellæ, Philippum Franciæ, Armeniæque Reges, atque ipsos Tartaros ad concilium invitavit, rogavitque Armenorum Regem, ut integra concilii Nicæni acta, quæ in lingua sua tenere se perhiberet, ipsi mitteret.

§. XXII.

Rex Lusitaniæ officii sui commonetur a Papa.

Authoritas Papæ Innocentii IV. viginti septem abhinc annos fecerat, ut Alphonsus Lusitaniæ Rex hoc regnum loco Sanctii Capelli fratris sui gubernandum acciperet, de quo graves tum jactabantur querimoniæ. Sed non leviores de Alphonso movebantur, ut liquet ex quadam Papæ Gregorii epistola hunc in modum scripta. Libertas ecclesiastica est pro-

Sup. l. 82.

§. 12. 24.

Rayn. n. 25.

propugnaculum fidei: hæc civilis societatis vinculum est. Idcirco, dum hostis humani generis destruere regna cupit, ante omnia persuadet Principibus everisionem libertatis Ecclesiasticæ in rem ipsorum esse. Ut vero audivimus, contra jusjurandum, quo te ad illam conservandam adstrinxeras, Præsulibus omnique Clero intolerandas vexationes inferis. Occupasti ac retines proventus Ecclesiarum Bracarensis, Conimbricensis, Viseanæ ac Lamecensis: atque diversis Clericis privatis vel profanis hominibus domos & fundos, qui ad Ecclesias spectant, tribuis.

Tuorum Judicum quidam jurisdictionem alienam sibi vendicans, causarum ad ecclesiasticum tribunal pertinentium cognitionem capere audet: dumque Clerici ad sacram Sedem appellant, contumaces reputat, & vindiciarum petitores in possessionem mittit. Tu ipse Clericos in tua cæterorumque Judicum curiis de quavis causa respondere cogis. Tu subditis tam Clericis quam laicis eorumque servis nova portoria novasque pensiones imperas canones ac censuras a sancta Sede latas despiciatui habens. Quando Judæi vel Saraceni liberæ conditionis ad baptismum veniunt, mox eorum bona fisco addicis, eosque in servitutem redigis. Saracena Judæorum mancipia fa-

cro

Sæcul.XIII.

A.C.1273.

Sæcul. XIII. cro fonte lustrata veterum dominorum
A. C. 1273. jugo subjcis. Cum Saraceni aut Judæi
 Christianorum hæreditates obtinent, non
 permittis, ut paroeciæ, in quibus hæc be-
 na fita sunt, eorum decimas exigant. Da-
 bat Urbe Veteri 28 Maji an. 1273. At
 hæ litteræ magnum effectum non habue-
 re: ut postea constabit.

§. XXIII.

Papa Florentiæ agit.

Ricord. Ma- Post modicum tempus Papa Urbe Vete-
lesp. c. 198. ri Lugdunum proficiscens 18 Junii
Gio. Villani. Florentiam advenit, præter Cardinales
lib. 7. c. 63. aulæque suæ ministros habens itineris co-
Machiav. l. 2. mites Carolum Siciliæ Regem, ac Bal-
f. 39. duinum Imperatoris Constantinopolitani
 titulo etiamnum insignem, qui sub finem
 hujus anni vitæ curriculum confecit. Pa-
 pa ob urbis situm, salubrem aërem, & a-
 quas bellissimas ibi agere æstatem statuit,
 ac per commorationis suæ tempus in pa-
 latio divitis e Mozzorum familia merca-
 toris habitavit. Dolebat vero tam pul-
 chram urbem in Gibellinorum Guelfo-
 rumque factiones scissam. Guelfi viribus
 superiores multos civium tanquam Gi-
 bellinos in exilium egerant. Papa, ut
 isti revocarentur, reconciliabat animos
Rayn. n. 28. partium, & 2 Julii ad ineundam pacem
 adduxit, ejus violatoribus talem impo-
 nens